



IOANNES in oppido Rochezana obscuris parenti bus apud Bohemos natus est. Is cum optimo ingenio esset præditus, literarum causa sese Pragā cōtulit, ac ostiatim more scholasticorum canendo uitium quæsiuit. Cum hoc modo Grammaticam & Dialecticā didicisset, nobilis cuiusdam pueri pædagogus factus, acdein in pauperū collegiū receptus fuit. In eo loco honorū authorum & sacrarum literarum assidua lectione in uirum doctissimum eua sit. Postea uero Pragēsibus Euangeliū prædicauit, & cum Ioannes Zisca Pragam oblideret, ciuiū consensu exiuit, & Ziscā ciuitati reconciliauit. Cū hoc modo in magna authoritate esset, postea quoq; cū Procopio & Boemorum trecentis equitibus Basileam Legatus in Cōcilium missus fuit. Verūm re infecta cum alijs domum redijt. Deinde cū Procopius intestino bello succubuisse, atq; Sigismundus Boemiarē rex declaratus esset, is Pragam anno 1456 ueniens, suminopere Rochezanam Romanarē Ecclesiæ reconciliare satagebat, atq; ei etiam presulatum Pragensis Ecclesiæ promittebat. Verūm Ioannes contra inueteratos potissimum errores more solito pro suggestu intonabat, ac inter alia occurrente inter prædicandum sermone de monachis: Venerunt, inquit, noui dietim ad nos da mones, quos monachos uocant. His studiū est eijs cere nos de ueritate, at si uiri fuerimus, prius quiduis tetandū cēseo. Id cū Sigismundus Cesar pcepisset, Rochezanę iratus fuit. Itaq; Ioānes ab amicis cōmonitus clā ex urbe discessit, atq; apud Græciū exulauit.

Procopio & Boemorum trecentis equitibus Basileam Legatus in Cōcilium missus fuit. Verūm re infecta cum alijs domum redijt. Deinde cū Procopius intestino bello succubuisse, atq; Sigismundus Boemiarē rex declaratus esset, is Pragam anno 1456 ueniens, suminopere Rochezanam Romanarē Ecclesiæ reconciliare satagebat, atq; ei etiam presulatum Pragensis Ecclesiæ promittebat. Verūm Ioannes contra inueteratos potissimum errores more solito pro suggestu intonabat, ac inter alia occurrente inter prædicandum sermone de monachis: Venerunt, inquit, noui dietim ad nos da mones, quos monachos uocant. His studiū est eijs cere nos de ueritate, at si uiri fuerimus, prius quiduis tetandū cēseo. Id cū Sigismundus Cesar pcepisset, Rochezanę iratus fuit. Itaq; Ioānes ab amicis cōmonitus clā ex urbe discessit, atq; apud Græciū exulauit.